



Um jubeat radiis Tithoni fulgida Conjux,
Quæ bona discendi studiosos erigit omnes,
Intenta cura TEmet, VENERANDE MAGISTER,
Ut magis atque magis spectemus, munere plenus
Accedit cœtus, cujus TU corda tenella,
Quod pietatis opus sacrum, formare laboras.
Et licet haud, quantum sis, ignoreris ab isto;
Attamen advertens oculos advertit & ipse,
Quod præter morem consuetum gaudia spires,
Ceum prægrande foret lapsum de pectore saxum,
Atque fores tandem permagna mole solutus.
TU loqueris validum victorem fronte serena,
Oraque voce cœnt modulamen læta suavi.
Flectere par manuum pietate supinus Olympo
Cerneris acturus memori de pectore grates
Isti perdignas, à quo ter plaustra ducenta
Ad nos ex alto donorum pergere scitur.
Illi, qui, DOCTOR PRÆSTANS, Tua tecta frequentant,
Et TIBI devinctos quos vero cogis amore,
Nunc exinde solent aliis præstare tropæo,
Lucida tollentes lætas ad sydera voces,
Hactenus ærumpnam quum TU deviceris omnem.
Hoc facit, ut parili junctim studeamus amanti,
Promentes hilares variato guttore cantus,
Gaudia testantes, aluit quæ pectoris ara.
Hujus quando placet causam cognoscere, dextro
Ceum digito monstras retrorsum lumina vibrans.
Confestim mala visuri convertimur illuc.
En! ibi declinant rigidi, DOCTISSIME RECTOR,
Qui non hoc anno sortem vicere, leones,
Sed quorum rictus Tua tum petiere voraces.
En! hic non licuit propius procedere morbis,
Qui medios homines invadant, sicuti Reges
Viribus audaces brutorum, nempe leones.
En! hic herculei, quævis distineare, labores
Nil valere, trucum sævo quoque more leonum
Grassantes hominum validos in corporis artus.
Non etiam cives præfracta mente Lycei
Laudatum Famæ pessum straverunt Magistrum,
Ni sat turpe fiet, quod nobis turpe, fateri.
Si vero mortalis homo lupus efferus audit
Humani socii mortali tempus in omne

Inst-